~~1072.~~

Soc. Jesu

J: Academiae Marianae Z et II

a. 1756.

ACADEMIÆ
MARIANÆ,
ILLUSTRISSIMO DOMINO
D. ADALBERTO
SIEMIENSKI,
Referendario Regni, Capitaneo Dębovecensi &c.
Ejusq;
De BORZĘCKIE
FRANCISCÆ
SIEMIENSKA,
CONSORTI.
Utriq; Majorum Ceris Clarissimo,
Celsitudine dignitatum Amplissimo,
à Devinctissimis
SUO NOMINI & HONORI
Academicis Marianis, Eorumq; Professore
grati animi Studiô
DEDICATÆ.

Hæc mihi semper erunt imis infixa medullis
Perpetuusq; animæ debitor hujus ero:
Spiritus hic vacuas prius extenuandus in auras
Ibit, & intrepido deferet ossa rogo,
Quàm subeat animo meritorum oblivio nostro,
Et longâ pietas excidat ista die.
Dii Tibi sint faciles & opis nullius egentem
Fortunam præstent *Ovid.* præmia digna ferant. *Virg.*

PRÆFATIO.

QUòd ad solennem Præfecti Congregationis Sodalium renuntiationem, insvetò Nostra in Patria exemplò laudibus initi Magistratûs, laudes per Academiā Marianas substituamus; movit nos ad laudabilem ejusmodi publicæ officiosæq; pietatis usum, Authoritas Venerabilis iis Prælatis, virisq; præstantibus insita, qui nobiscum facilè consentientibus, eâ solennitate, potiora deberi Patronæ Sodalitatis encomia censuerunt; quàm cujusvis transfusæ à Majoribus dignitatis Præfecti elogia recensere; cujus modestia, supervacaneâ illâ alicubi gentium inductâ consvetudine, ad diuturniores sui panegyres longiori earū decursu erubescere cogeretur. Itaq; omni commendatione dignissimū est in eo præclara imitari, ad quod paulò antè, Varsaviæ, illâ in Urbe Electrice ac Metropoli Regum, *Illustrissimus Reverendissimus* JOSEPHUS ZAŁUSKI, *Referendarius Regni*, bonis artibûs, quæ liberò dignæ sunt homine, incredibiliq; quâdam varietate rerum ac copiâ ut ipse inclytus, sic ingenuarum disciplinarum liberalissimus æstimator, Eruditorum Virorum ac Juvenum studia discentium permovit acriter; si verò Nos cum Romana primò omnium Congregatione prima & principe, merita, gratias atq; participamus Privilegia; ejusdem quoq; nunquam non æstimando mos est gerendus instituto; ut ubi Præfecturam electus inierit, si Romano non pari, ingeniò, ornatu, pompâq;, certè assimili non nihil ritu, Marianâ scilicet Academiâ, ejusdem inauguratio celebretur. Cujus quum non citra benevolentissimam Illustrium Auditorum approbationem, à mysterio Sanctissimæ Conceptionis Marianæ initium fecimus; Nativitatis Ejusdem admirandam excellentiam, authoritate Scriptorum probatorum adductâ, præsenti Academiâ declaramus, minimè dubii, quin proximè Nostri Successores, succedentia sibi mysteria, ad laudem recens inductam, explanent Marianam.

ACADEMIA I.

Pretiosissimam DEI *Parentem*

MARIAM

Sine originali labe Conceptam,

Constitutioni S. Ecclesiæ conformibûs argumentis

DECLARANS,

In Sacello Collegii Premisliensis *Soc: JESU.*

qua die

PERILLUSTRIS ADMODUM REVERENDUS DOMINUS,

VENCESLAUS SIERAKOWSKI,

Vexilliferides & Judicides Castrensis Cracoviensis,

PRÆFECTUS CONGREGATIONIS

sub titulo

Immaculatæ Conceptionis MARIÆ

RENUNTIATUS,

11. Novembris 1756.

HABITA.

DISSERTATIONES THEOLOGICÆ.

1mâ egit P. A. R. D. Antonius Sierakowſki, de origine & progreſſu Controverſiæ circa Conceptionem Beatiſſimæ.

2dâ. P. A. R. D. Andreas Pruſki, diſſeruit ad fulciendum adverſùs Gerſonii obſervationes, pro Immaculata B. V. MARIÆ Conceptione argumentum; ejuſmodi: *potuit Deus Matrem ſuam ab Originali peccato præſervare, Eumq; ita facere decuit, ergo fecit.*

RHETORUM ACADEMICORUM,
Immaculatæ Conceptionis MARIÆ

Laus 1. A verbis Salutationis Angelicæ; quibûs idem Myſterium implicitè contineri, deducitur: evolutum miraculosè à Cæco Joanne Baptiſta Agnenſi, 250. Anagrammatibus: quæ Magiſter Stanislaus Bieżanowſki, in Alma Univerſitate Cracovienſi Philoſophiæ Doctor, Collega Minor, Profeſſor Pòëſeos & hic 25. Annis ante obitum videndi deſtitutus facultate, ligato ſtylo miris pariter ac ingenioſis Epigrammatibus explicuit: atq; Clementi IX. Romano Pontifici 1668. dedicavit.

Laus 2. A Probatis miraculis.

Laus 3. A fide dignis Revelationibus.

Laus 4. A Mandato Ipſius Beatiſſimæ Virginis.

Laus 5. A pœna irrogata hoſtibus, & ſuo Immaculato Honori minùs faventibus.

Laus 6. Ab infidelium teſtimonio.

Laus 7. A Dæmonum, vi Sacri Ritûs, expreſſa veritate.

Laus 8. Ab ore láctentium & infantium.

Laus 9. A beneficiis Cultoribus Immaculatæ, mirè præſtitis.

Laus 10. A fávoribus Immáculato Honori addictæ Poloniæ & ejus concivibus, collatis.

Laus 11. A Teſtimoniis Patrum Virorumq; pietate ac ſapientiâ præſtatium.

Laus 12. Ab Authoritate S. Eccleſiæ faventi piæ ſententiæ; contrariæ, juxta ſua ſtatuta, adverſanti.

ACADEMIA II.

Admirabilem DEI *Matrem*

MARIAM

à Clariſſimis mundo & Cœlis ſui Natalibus

Auguſtam Infantem

CELEBRANS.

Eôdem in Sacello Collegii Premislienſis *Societatis JESU.*

quâ die

PERILLUSTRIS MAGNIFICUS ac GENEROSUS DOMINUS,

FRANCISCUS XAVERIUS

TĄGOBORSKI,

Vexilliferides Czerniechovienſis, de Ordine Equitatus Leib-Compagnie,

PRÆFECTUS ejuſdem CONGREGATIONIS

DECLARATUS

7. Junij 1757.

EXHIBITA.

DISSERTATIONES THEOLOGORUM,

R. D. Joſephus Niedzielſki diſſeruit de Jure Beatiſſimæ in Regnum Judæ; Reginali quidem ſuperſtite S. Joſepho, Regio verò poſt ejus obitum, ob ſucceſſionem deſcenſumq; ex David per Salomonem.

R. D. Martinus Weys diſſeruit Beatiſſimam Virginem Paternâ etiam lineâ deſcendere ex David per Natan, alterum ejus filium.

RHETORUM ACADEMICORUM

QUÆSTIONES.

1. Quæ nobilitas Auguſtiſſimæ Infantis? (fuere?
2. De qua ſtirpe SS. Parentes Neonatæ Virginis Beatiſſimæ
3. Diviniſſimi Joachim & Anæ, quæ fuit conditio, opes & ætas.
4. Quæ excellentia eorundem?
5. Cur Nomen Sanctorum Parentum Beatiſſimæ non habeatur in ſcripturis?
6. Prænuntiata ne fuit naſcitura Virgo Sanctiſſima?
7. Qui Angelorum adeo lætiſſimum dedit Nuntium?
8. Quo die & Menſe Beatiſſima nata?
9. Ubi mundo edita?
10. Quæ admiranda in nativitate Ejus evenerunt?
11. Quibus & quantis Privilegiis ornata prodierit?
12. Quod Nomen Sanctiſſimæ Infanti inditum?
13. Quid præclari hoc Nomen MARIA contineat?
14. Quàm admirabile MARIÆ Nomen?
15. Quid de Feſto Nativitatis Beatiſſimæ Virginis?
16. Hoc Feſtum habet ne Vigiliam & Jejunium?
17. Quid de Feſto Sanctiſſimi Nominis MARIÆ?
18. Quid de Feſto Sanctæ ANNÆ?
19. Quid de Feſto S. JOACHIM?
20. SS. JOACHIM & ANNÆ quàm antiquus cultus?

Reliqui Scholarum Minorum Juvenes
Nobiliſſimi, patrio atq; latio Carmine
Ludeas Marianas cecinêre.

SENATUS MARIANÆ REIPUBLICÆ

de Nobiliſſima Juventute
Scholarum Premislienſium Societatis JESU
LECTISSIMUS.

P. M. ac G. D. F. Xaverius Tągoborſki Vexilliferides Czerniech: de Ordine Equitatus Leib Compagnie Præfectus Congreg:
P. A. R. D. Antonius Sierakowſki *Theologus*
P. A. R. D. Andreas Pruſki *Theologus* (Cracov:
P. A. R. D. Venceslaus Sierakowſki Vexilliferides ac Judicides Caſtr:
P. A. R. D. Franciſcus Łaſzewſki Vice-Palatinides Sanocenſis.
P. A. R. D. Cajetanus Tągoborſki Vexilliferides Czerniechovienſis
P. A. R. D. Onuphrius Modrzejowſki Subdapiferides Czerniechovienſis.
P. M. ac G. D. Sebaſtianus Sierakowſki Vexill: ac Judicides Caſtr: Cracov:
P. M. ac G. D. Rochus Humnicki Venatorides Premislien: Eques Cataphractæ Legionis
P. M. ac G. D. Ioſephus Stadnicki Caſtellanides Bełzenſis
P. M. ac G. D. Antonius Przeczkowſki Judicides Caſtrenſis Premislienſis
P. M. ac G. D. Nicolaus Hynek Judicides Leopolienſis
P. M. ac G. D. Franciſcus Humnicki Venatorides Premislien: Eques Cataphractæ Legionis
P. M. ac G. D. Michael Humnicki Venatorides Premislien:
P. M. ac G. D. Benedictus Drochojowſki Vexilli: Zydaczevienſis
P. M. ac G. D. Ioſephus Roſſowſki Enſiferides Rozanenſis
P. M. ac G. D. Damianus Nieſiołowſki Pincernides Pilznenſis Eques Loricatæ Legionis
P. M. ac G. D. Caſimirus Pakoſzewſki Pincernides Mielnicenſis
P. M. ac G. D. Gregorius Pakoſzewſki Pincernides Mielnicenſis
P. M. ac G. D. Ioſephus Dunin Wąſſowicz Pocillatorides Inovroclavienſis
P. M. ac G. D. Cajetanus Broſzniowſki Pocillatorides Braclavienſis
P. M. ac G. D. Gregorius Broſzniowſki Pocillatorides Braclavienſis.
P. M. ac G. D Philippus Gaſparſki Dapiferides Ovrucenſis
P. M. ac G. D. Ioannes Deſzert Dapiferides Novogrodenſis
P. M. ac G. D. Ioannes Krainſki Pocillatorides Livoniæ
P. M. ac G. D. Gaſpar Krainſki Pocillatorides Livoniæ
P. M. ac G. D. Thomas Mączynſki Theſaurarides Sanocenſis
P. M. ac G. D. Hyacinthus Lubecki Pincernides Braclavienſis
P. M. ac G. D. Adalbertus Iurkowſki Pincernides Goſtinenſis.
P. M. ac G. D. Adamus Ulnicki Venatorides Ovruc: Eques Loricatæ Leg:
P. M. G. D. Antonius Więckowſki Subdapiferides Laticzovienſis
P. M. G. D Mathias Wybrańſki Theſaurarides Trocenſis

Ioannis Baptistæ Agnensis à Nativitate Cæci.

Ex Programmate Ave Maria gratiâ plena Dominus Tecum.

Anagrammata: Dei para inventa sum: ergo immaculata.
Digna Mater JESU, & pura à macula omni.
Iram, maculamvé Adâè, penitùs ignorat.
Ita Eva secunda malum ignorat primáè.

S. Damascenus.

Ex stirpe Nathan Filii David, Levi genuit Melchi, & Pantherem, Panther autem genuit Barpantherem, Barpanther rursus genuit Ioachim, Ioachim deniq; genuit DEI Genitricem.

S. Bernardus.

Quid ergo sidereum micat in generatione MARIÆ? planè quod ex Regibus orta, quod ex semine Abrahæ progenita, quod generata ex Stirpe David: & si clara quidem pro Avorum titulis, sed incomparabiliter Clarior generositate Prolis: Filia siquidem Regum, sed Mater Regis Regum.

Durandus L. 7. C. 28.

Beata Virgo non tantùm est nata 8. 7bris, sed etiam aurora illucescente, juxta revelationem cuidam viro Religioso factam; & sanè decuit Virginem, quæ tanquam mystica aurora Justitiæ Solem anteibat, in mundo nasci apparente aurorâ.

S. Ambrosius.

Speciale MARIA Domini hoc Nomen invenit, quod significat: DEUS ex genere meo.

V. P. Petrus Canisius Soc: JESU.

Si ullum aliud venustum, præclarum & gratiosum Nomen ulli contigit mortalium: quod scribi, legi, decantari pingi, sculpiq; mereatur: id MARIÆ Nomen videri potest sanè dignum, quod in omnium oculos, aures & mentes incurrat, magnâq; cum reverentia & privatim & publicè nominetur.

Idiota de Contempl: C. 5.

Tantæ Virtutis & excellentiæ est Tuum SS. Nomen, quod ad invocationem ejus Cælum ridet, terra lætatur, Angeli congaudent, Dæmones contremiscunt, infernus conturbatur. Tanta est virtus Tui SS. Nominis, o! semper Virgo Benedicta MARIA, quod mirabiliter emollit, & penetrat duritiem generis humani.

Ad M. D. G. B. V. M. Honorem.

~~Sodalitas Mariana (Premisliensis)~~

~~Academia Mariana Premisliensis~~